Fragmentarium

adiri esse illi cui referebat. ut. ff. e. l. i. Pena eius qui suscepit est ut
teneatur. et conueniri possit de re ipsa sicut et principalis. Illud in summa nota. quod
quamuis sit alienatio. si habet locum hoc edictum. ut si maluit re carere quam litigare
ob ualitudinem etatis. uel necessarias ocupationes. litem malum transtu
lit. ut. ff. e. Item uel si alienauit. et post recuperauit. ut. ff. e. ex hoc.
Expeditis preparatoriis iudiciorum. ad tractatum iudiciorum erat ueniendum.
Sed quoniam iudicium uoluntarium quod dicitur arbitrale. gratuitus solet esse quam neces
sarium quod ordinarium appellatur. ideo de arbitris primitus. Videamus
igitur quid dicatur arbitrium. quis possit esse arbiter. de qua re. quis arbitri effectus.
Arbitrium est tum actus prolatus sub iudice compromissorio litigantium. Arbiter
esse potest qui non prohibetur puta homo liber. pater fa. filius fa. Prohibetur autem mulier.
ut. c. e. l. ult. minor. xx. annis. ut. ff. e. cum lege. Item prohibetur iudex
seruus ordinarius. furiosus. surdus et mutus. non tamen libertus uel infamis. ut. ff.
e. pedius. Sed et §. i. 2. et 3. In pecc. causa recte ad arbitros itur. ut. i. e. c. i. Item pu
to et in spirituali excepta matrimonii causa de qua ad arbitros iri non solet. In criminali
et in causa status arbitri adiri non debet. ut ff. non distinguemus. §. iulius. § non
dilibali. Effectus arbitrii talis est. Si quis arbiter est assumptus sine pignorum
datione. uel pene promissione non tenetur pre eius sententie stare. Si tamen
subscripserunt litigatores. non contradico uel laudo tenentur sententia sit. si infra. x. dies
non contradixerint. tenentur sententia. ut. C. e. cum anna. Si uero assumptus est arbiter
cum pignorum datione uel pene promissione stabitur sententie metu amissionis pig
norum. uel pene. x. i. e. c. i. Illud in summa nota. ab arbitri sententia non esse appel
landum. ut. s. ii. q. vi. a iudicibus. et. c. e. l. i. Item illud nota. arbitrum non esse sub iu
iamento. uel suo. uel litigatore eligendo esse. ut. c. e. aut descenum.

Quoniam in iudicio tam arbitrario de quo dictum est
quam ordinario de quo dandum est iuramentum de calumpnia frequentatur. id
circo mitto de ipso subiciam. Videamus igitur quid sit calumpnia. quando. et in quibus causis
hoc iuramentum prestetur. a quo et quo modo contineatur. que pena iurare nolen
tis. Calumpnia est erecta sciam petitio. uel repulsio iniusta. Prestatur hoc iura
mentum post litem con. ut ex confessionibus partium ueritas magis splendescat in luce.
In omnibus causis exceptis spiritualibus de calumpnia iuratur. quia non legum seueri
tate. sed canonum equitate tractantur. ut. i. e. l. ittas. quoniam in criminalibus est
de calumpnia iurandum cum ille magis sine suspicione procedere debeant. x. c. e. l.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.9, 7v – Bernardus Papiensis, Summa decretalium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-f8bw/5148/49253)